Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1171
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et audiebant barnabam 2 paulum narrantes quanta deus
fecisset signa 2 prodigia in gentibus per eos et per quam
tacuerunt respondit Jacobus dicens Viri fratres audite me
simon narravit quomodo primum deus visitavit
sumere ex gentibus populum nomen suo et huic concordat
verba prophetarum sicut scriptum est post hoc revertar et edi
ficabo tabernaculum David quod decidit 2 diruta eius
redificabo 2 erigam illud ut requirant ceteri homi
nes dominum et omnes gentes super quos invocatum est nomen meum
dicit dominus faciens hec notum a seculo est domino opera sua
propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex gentibus
convertuntur ad dominum sed scribere ad eos ut abstineant se a
contaminationibus simulacrorum 2 fornicatione 2 suffocatis 2 sanguine
moyses enim a priscis antiquis in singulis civitatibus qui eum
predicent in synagogis ubi omnis sabbatum legitur 2 tunc
placuit apostolis 2 senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex
se 2 mittere antiochiam cum paulo 2 barnaba Judam
qui cognominatur barsabas 2 silam viros primos in fratribus
scribentes per manus eorum apostolis 2 seniores fratres his qui
sunt antiochie 2 syrie 2 cilicie fratribus ex gentibus salutem
quia audivimus quoniam quidam ex nobis exeuntes turbaverunt
vos verbis evertentes animas vestras quibus non mandavimus
placuit nobis collectis in unum eligere viros 2 mittere ad
vos cum karissimis nostris barnaba 2 paulo hominibus qui tradi
derunt animas suas pro nomine domini nostri jesu christi misimus ergo
Judam 2 silam qui 2 ipsi verbis referent eadem
visum est enim spiritui sancto 2 nobis nichil ultra imponere vobis
oneris quam hec necessaria ut abstineatis vos